

ipsius absenciam seu contumaciam non absentis, dictos vero Nicolaum Puel et Ambrosium Kannengisser ad expurgacionem ipsorum ad rectorem dicte universitatis in presencia dicti magistri Iohannis faciendam remittimus sibi iusticiam ministrando. R. l. s. Datum Mersburg anno domini M cccc XLV, die vero vicesima sexta mensis octobris, 5 officii sub sigillo.

## 59.

*Nicolaus Slendorff, Dekan der Kirche zu St. Sixtus in Merseburg, läßt den Leipziger Studenten Thomas von Berlin in Sachen des Martin Kockstedt nach Merseburg citiren.* 1445 Nov. 4.

*Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 300<sup>b</sup>.*

10 Nicolaus Slendorff decanus ecclesie sancti Sixti ac officialis curie episcopalis Merzeburgensis nec non executor statutorum provincialium sacri concilii Magdeburgensis per civitatem et diocesim Merzeburgensem deputatus, rectoribus in Liptzk salutem in domino. Vobis mandamus quatenus citetis peremptorie ad nostram presenciam Thomam de Berlyn, scolarem Liptzensem, qui alias quandam absolucionem a nobis pro Martino 15 Kakstede taliter qualiter impetravit, ut feria quarta proxima in vigilia sancti Martini<sup>a</sup>) hora terciarum compareat coram nobis in curia episcopali Merzeburgensi, respondendo obiectionibus nostris super dicta absolucione surrepticie et orrepticie impetrata ac aliis faciendis que de iure tunc erunt facienda. Receptis litteris sigillatis diem et formam execucionis vestre nobis rescribitis. Datum anno 2c. XL quinto, feria quarta post 20 diem omnium sanctorum, officiatu sub sigillo.

## 60.

*Der Dekan der Merseburger Kirche wird über den Sachverhalt der Affaire des Leipziger Studenten Martin Kockstedt mit dem Magister Johannes Cratzberg informirt.* [1445.]

*Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 301<sup>a</sup>.*

25 Venerabilis domine decane. Martinus Kackstede citatus ad presenciam vestram comparet hic personaliter, non tamquam coram iudice suo, sed tamquam honorabili viro et domino sibi plurimum reverendo, allegans et proponens iustas et racionabiles causas quare non debet nec credit ne se debere excommunicari vel excommunicatum reputari neque declarari incidisse canonem „Si quis swadente“ propter lesionem irrogatam ma- 30 gistro Crassberg 2c., et dicit primo, quamquam nuper tempore serotino socius quidam qui secum fuit in collacione, dum fuit in una transeundi domum, captus fuit a circulatoribus civitatis Lyptzensis et ipse cum socio suo Nicolao Poel pietate moti volentes liberare socium predictum, stabant penes valvam maioris collegii sub camera dicti magistri Iohannis Crassberg, loquentes invicem, deliberando qualiter possent habere plures socios 35 sue nacionis, qui cum eis irent ad pretorium pro liberacione dicti captivi. Intelligens hoc